

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1677

Autre(s) référence(s) : Fauroux 91 / Tabuteau 173

Auteur(s) : Erbert [clerc]

Bénéficiaire(s) : Saint-Pryvé-Saint-Mesmin, Saint-Mesmin de Micy (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : faux

Datation : 1043

Lieu d'émission : Orléans

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

La souscription de Robert le Magnifique figure dans un acte suspect destiné à Saint-Taurin de La Ferté-Imbault. Un certain clerc Erbertus construit et dote une église dédiée à Saint-Taurin dans le château [de la Ferté-Imbault]. Son seigneur Goisfridus [de la Ferté-Imbault] donne quatre arpents et demi de vigne, un arpent et demi de pré près de son château et deux arpents et demi de vigne in villa Montis Bethtonis. Un certain Erbertus ou Hubertus cède deux arpents de vigne à Montargis, deux arpents et demi de vigne et deux arpents de pré à Albofonte. L'église Saint-Taurin possède une terre qui lui est contigüe, entre les deux ponts qui se trouvent de part et d'autre de l'église. Le donateur remet cette église et toutes ses possessions au monastère Saint-Mesmin de Micy et à son abbé Albert. Les seigneurs du donateur font corroborer cet acte par le roi Henri Ier.

Le clerc Erbertus donne encore à cette église un demi manse à la Cour, et auprès de cette terre à Saudre, la moitié de deux moulins.

Cette église est affranchie de tous droits de synode et de visite, mais demeure soumise à Saint-Mesmin de Micy.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°91, p. 239-242.

Dissertation critique

Document faux : soi-disant 1043 et peut-être 1032 ? Voir FAUROUX, p. 240-241.

Texte établi d'après a

Cum constet mundana vita fragilis pariterque dubia et unicuique mortalium hujus vitæ finis incertus, etiam cuncta quæ in mundo possidentur cursu celeri ad ruinam tendant. Ego Erbertus clericus pertractans vigili mente superiora dicta timensque repentina morte præoccupari, adii primo Hierosolymam desiderans mea ibi apud sanctissima loca plangendo deflere peccata, deinde rediens Domini nostri Jesu Christi veneratione inspiratus ecclesiam divino cultui dignam construendo peregi in castro seniorum meorum Humbaldi clericu et fratris ejus Gozfridi laici licentia, permissione eorundem, cum consensu et voluntate domini Gauzlini archiepiscopi Bituricensis. Prædictam ergo ecclesiam dotavere dominus meus Gosfridus et uxor ejus Adela, dando juxta castrum quatuor aripennos de vineis

et similiter juxta castrum aripennum unum et dimidium de pratis. In alodo et in villa Montis Bethtonis dederunt aripennos duos et dimidium de vineis in manu firma, qui reddunt in censu denarios duodecim missa S. Taurini, quæ est X. Kalendas Julii. Ego vero Erbertus et uxor mea Adelaidis, dedimus prædictæ ecclesiæ duos aripennos de vineis in manu firma in Monte Argilloso, reddunt in censu denarios octo missa S. Victoris. Hubertus autem et uxor ejus Adelaidis dederunt in Albofonte duos aripennos et dimidium de vineis et duos aripennos de pratis in alodo. Ad præsens autem prædicta ecclesia Sancti Taurini quam ædificavi prædictas res vinearum et pratorum et ipsam terram possidet quæ circa ipsam ecclesiam est, id est quartarium unum de terra scilicet ab uno ponte qui est ex una parte ecclesiæ, usque ad alium pontem qui est ab altera parte ejusdem ecclesiæ. Præfatam vero ecclesiam et quidquid proprietatis habet nunc et habere videbitur omni tempore ab hodierna die et deinceps totum et integrum de jure meo in jus et potestatem Sancti Stephani protomartyris et Christi confessoris Maximini Miciacensis monasterii ejus loci domini Alberti abbatis et totius congregationis, jure hæreditario, trado, ea ratione ut omnis congregatio ipsius cœnobii pro impenso a me beneficio mei memoriam habeant ac seniorum meorum Humbaldi clerici et Gosfridi fratris ejus necnon dominae meæ Adelæ uxoris prædicti Gosfridi filiorumque ipsorum Arnulphi et Gosfridi ac Stephani, in missis, vigiliis atque in aliis suis orationibus. Hoc autem scriptum ipsi seniores mei supradicti obtulerunt corroborandum juveni regi glorioso Einrico, quod ipse libenter firmavit. Dedi etiam prædictæ ecclesiæ ego Erbertus clericus in loco qui dicitur Ad Cortem, medietatem terræ arabilis unius mansi, ac juxta ipsam terram mansi medii in Saldria medietatem duorum molendinorum. Prædicta autem ecclesia nec synodus nec circatam nec aliquod debitum reddit, sed immunis ab omni redhibitione manet loco Miciacensi subdita.

Actum Aurelianis, Kalendas Aprilis, in curia Henrici regis nobilissimi Francorum, præsentibus archiepiscopis et episcopis sive ducibus et comitibus subter nominatim scriptis, anno Incarnationis Domini .MXLIII., regnique Enrici gloriosi regis. X., indictione .VII.

S. Haymonis archiepiscopi Bituricensis. S. Leterici archiepiscopi Senonensis. S. Arnulfi archiepiscopi Turonensis. S. Odolrici episcopi Aurelianensis. S. Hilberti episcopi Parisiacensis. S. Walterii episcopi Meldensis. S. Roberti ducis Burgundionum et fratris Henrici regis. S. Willelmi comitis Pictavensis. S. Odonis comitis Campaniensis. S. Fulconis comitis Andegavensis. S. Herberti comitis Cenomanensis. S. Roberti Normannorum ducis. S. Alani comitis Britannorum. S. Othonis comitis Vermendensis. S. Balduini Flandrensum comitis.

Ego Balduinus cancellarius relegendo subscripti.